



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo S. Mattæi Apostoli Et Evangelistæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

suam prodigiis effectibus adorationem etiam quadamtenus patefecerunt, cœlum quidem deliquium solis patiendo, terra tremendo, elementa naturam aliam inducendo, & mundus vaiuersus demirando. Nos vero infinitum, quem erga nos tibi declarasti amorem, quæ nobis indidem comparasti bona, vitam denique, quam nobis acquisisti, notantes, verum te esse Redemptorem nostrum agnoscimus, ex toto te corde tibi adoramus, & omne tibi obsequium, cultum, officiumque, velut supremo Domino nostro, deferimus: tuamque diuinam crucem amplexi, & eodem quo te ipsum adorationis ritu prosequentes, quam humillime tibi supplicamus, vt, quemadmodum illa Redemptionis nostræ existit instrumentum & argumentum, scala tandem fiat, per quam in cœlos ascendamus: vbi æterna æternum gloria donemur ac persuemur, ad quam nos vnus in Trinitate Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus perducere dignetur, Amen.

IN FESTO S. MATTHÆI
APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Partitio.

1. De efficacia verbi diuini.
2. De homine sedente in telonio.
3. De illis verbis: sequere me.
4. De vocatione S. Matthæi eiusque sequela.
5. Cur Binemius & Publicanus.
6. De subita illius conuersione.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Matth. 19.

FIGURA.

Pharaonis Egyptiorum regis filia, conspecto, dum quadam die propter ripam Nili inambularet Moysè puero fuscilla scitpea super aquas magno vitæ discrimine ex-

posito, inde cum aufert, periculo subduci, clanculoque educari iussit, educatumque & iam grandi ætate in filium adoptauit, & inter primarios regni Satrapas connumeravit. Fortunatus hic euentus fuit, & fors beatissima. Longe maior felicitas fuit, quod Redemptor noster Iesus, Rex Regum, dum per mandum quaritans discursit, conspecto paruum quemdam Matthæum nomine, publicanum ac vectigalium publicorum redemptorem, haud procul à mari Tiberiadis, æternæ mortis in discrimine agere, inde eum educit, ad sortem beatiorum vocat, inter Apostolos cooprat, atque inde in primos Ecclesiæ suæ principes assumit. O bonitas admirabilis! o noua vocatio! quam vt eiusque partes intelligatis, cœlum sollicitemus necesse est, gratiam inde deuocaturi, & solitum Deiparæ patrociniū interponamus; quam idcirco cum Angelo Gabriele salutemus, dicendo:

AVE MARIA.

Miros verbi Dei admirabilis effectus, & opera insignia olim demiratus meditando Plalmographus, verbum id esse ait virtute plenum & magnificentia, *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Virtutem illi adscribit, quod peccatoribus conuertendis peraccommodum sit; magnificentiam vero illi comitem adiungit, eo quod insignem Deo afferat gloriam, eiusque potentia amplitudinem magnificet, & infinitis modis exaltet.

In ipsum prope subiectum incidens Esai. 59. faias Propheta, mundoque verbi diuini virtutem, & prodigiolos quos in animis mortalium producturum esset effectus à Christo Domino iam olim annuntiantum, representans, cum aliis plurimis variisq; de rebus egisset, ita tandem capiti finem imponit, *Pro saluanda ascendet abies, & pro virtute crescat myrtus.* Verbum Dei illi magnam pacis gloriam.

Coce pro

pro virtutis myrti odoriferæ, atque eximium inde Deo honorem & immortalem gloriam redundaturam. Plurimi interpretes locum hunc perferunt, pro vulgata lectione: *Et erit Dominus nominatus in signum æternum*, sic legendum censent: *Et erit Deo in nomen & in signum sempiternum*: Et quod verbum Dei animas ad meliora traducens, carduos in rosas, spinera in oliuas, lycomoros in aurea mala, virticas in odoratas myrtos, id est, peccatores in iustos conuertendo, magni illius Dei potentiam sublimè euehit, exaltat, immensamq; eidem gloriam parit.

Insignes metamorphoses per verbū Dei factæ.

Hoc loquendi modo exponunt Cyrillus Alexandrinus, & Theodoretus, varias metamorphoses & admirabiles transmutationes, quas in plurimis peccatoribus verbo suo Christus Dominus est operatus, eos de peccatoribus sanctos, de publicanis Apostolos, de Ecclesiæ persecutoribus illustres & insignes Dei amicos, & sacrorum mysteriorum Doctores & interpretes constituendo. In testimonium Cyrtilli verba adferam: *Pro Saluina*, inquit, *& virtica, herba spinosa, viliissima & foedissima, qua humi repunt, surget cupressus & myrtus*; id est, *pro peccatoribus & hominibus vitis coopertis, foetida, qui nec se attollant humo, surgent Apostoli & Evangelistæ; pro publicano Mattheo, pro Ecclesiæ persecutore Paulus, pro idololatriæ Doctores Ecclesiæ, & fulgentissima lumina.*

Animæ salus honorabilior mundi creatione.

Addit Propheta hoc ipso Dei magnitudinem celebrari, nomen & famam ipsius qua uersum diffundi, & immortalem identidem gloriam ei afferri. Quod est etiam certissimum: ingenti namque & eximie Deo gloriæ est, peccatoribus salutem afferendo; eos à tartarea captiuitate vindicare. Quin immo hoc ipse sibi Deus tanto ducit honori ac gloriæ, pluit ut non faciat vniuersam hanc rerum machinam è nihilo producere, quam vel vnicam animam deuiam ad salutis iter reuocare. Colligere hoc est ex hisce Psalmographi verbis: *Exaltare super caelos Deus, & super omnem terram gloria sua. Quamobrem? quæso, ut liberentur dilecti tui*; perinde ac si diceret: *Exiguum quid est ac pusillum, summe Deus, gloriam tibi &*

honorem accedere, quod caelos, elementa, terramque condideris, maiorem amplitudinem ac maiestatem præferas, potentia tua brachia latius extendas, opera longe diuina ac mirabilia, atque infinita virtute tua digniora opereris necessum est. Quæ autem hæc futura sunt? eque ad hoc peridonea reperias? *Ut liberentur dilecti tui*, ut videlicet à vitis suis peccatores exsoluas, captiuitatis illorum vincula dirumpas, compedes dirringas, delictisque eorundem pro tua benignitate ignoscas. Hinc scilicet omnis tuus dependet honos, nihilq; est, quod illustrius præstantiusque tibi comparer nomen.

Veritatem hanc ad doctrinam item eruo è scriptis Angelici Doctoris D. Thomæ, peccatoris iustificationem, & remissionem delictorum, maximum, gloriosissimum, ac præstantissimum inter omnia Dei opera, censentis. Quæ doctrina ac propositio & indubitata est, & per Psalmistam confirmata dicentem, misericordias Dei, uti sunt eius gratia, venia, indulgentia, & remissio delictorum, & impiorum iustificatio, inter omnia Dei opera excellere & primas ferre: *Miserationes eius super omnia opera eius*, quasi dicat, Gratiam conferre, delicta condonare, & peccatores à delictorum onere liberare, quæ sunt opera misericordiam spirantia, maiorem Deo afferunt, quam reliqua opera eius, gloriam.

Huc crediderim referenda illa Esaiæ verba dicentis: *Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam in æm*: Salutem quippe nostram dum operatus est, tunc gloriam & honorem sibi acquisiuit. Accedit in super, quod Ierosolymis nostram est salutem operatus, omnia redemptionis nostræ mysteria ibidem contigerunt, peccatis ipsi ignouit, mundumque vniuersum liberauit; hinc magnam sibi Maxima inde elicere gloriam dicitur. Nos vero Dei gloria inde discimus, maximum Dei honorem in est conuersionibus auferendis, & è peccatoribus tere peccatores, exque inimicis amicos constituen- do consistere.

Rem explicabit manifestius figura, Cum 1. Paral. 20. Joab omnium Dauidicarum copiarum præfectus, urbem Rabba de filiis Amnon cepisset,

Peccatorū iustificatio maximum Dei opus. Psal. 144.

pisset, & Rex eiusdem Melchom coronam
 auro gemmisque grauidam ornatamque
 haberet; in prædæ ac manubiarum dispartiti-
 one Joabo hæc ipsa cessit. Sed cum Regi
 suo ac Principi Dauidi ipse eandem contig-
 nasset, dono lætus Dauid eam gratanter
 accepit, & liquefactam in aliam formam
 commutauit, capitique impositam publi-
 ce gestare non erubuit, summæque id sibi
 gloriæ duxit. Ante quidem hæc illi coro-
 na inimica erat, eamque non parum abomi-
 nabatur, verum hoste iam subacta ac debel-
 lato, eadem ipse caput redimiuit, sum-
 moque sibi duxit decori hanc ipsam gesta-
 re. Ad eundem prorsus modum cum
 Deo & peccatoribus res agitur. Deus pec-
 catores, qui toties eius maiestatem offen-
 dunt & contemnunt, vere horret ac detestatur,
 verum ex quo semel eos subiugauit &
 subiecit, non exiguus inde ad ipsum honos
 deoluitur, & singularia inde officia conse-
 quitur. Exemplo futurus est Matthæus A-
 postolus, qui interim dum vectigalia vt pu-
 blicanus redimeret, Deo inimicus, superis-
 que detestabilis erat; verum ex quo verbo
 filij Dei superatus, debellatus, ac conuersus
 fuit, magnam inde est Redemptor gloriâ,
 & officiosissima obsequia consecutus. Glo-
 riâ quidem, dum inter eiusdem est con-
 numeratus Apostolos, de quatuor Euange-
 listarum fuit numero, & duodecim Eccle-
 siæ Principum non postremus: obsequium
 vero dum eius legem edocuit, gentes ad
 Deum conuertit, ipse aduersarius subegit,
 fidei luculentissimum testimonium dedit,
 mysteria eiusdem diulgauit, denique dum
 eius causa obsequij vitam tormentis expo-
 suit.

Hæc quidē hodie pertractanda sunt, hæc
 huius concionis futura materia; hoc hodie-
 ni Euangelij, cuius hoc initium est: *Vidit le-
 sus hominem sedentem in telonio, Matthæum no-
 mine, & ait illi: Sequere me*, medulla & sub-
 stantia. Hanc vt methodice vobis certa-
 que ratione deducam, ad duas eam partes
 reuocabo, prima Euangelij contextum, al-
 tera S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ
 vitam, mortem, metita, ac præconia comple-
 ctetur.

Primo ergo Euangelica series, S. Matthæi
 uocationem enarrans, refert Redempto-
 rem quadam die haud procul à mari, vt a-
 nimas in mundi oceano piscaretur inambu-
 lantem, interim, dum discipuli in mari Ti-
 beriadis pisces captarent, vidisse hominem
 publicanum in telonio sedentem. Per *telo-
 nium* porro intelligendus locus, in quo pu-
 blicani, id est, publici tributorum, vecti-
 galium, ac portuorum Redemptores re-
 ceptoresque suos nummos deponebant;
 vel locus, in quo hæc tributa regia porto-
 riarque ab obuiis persoluebantur. Erat hoc
 telonium extra muros Capharnaum, haud
 procul à mari Galilææ; eo quod Capharna-
 um territorij caput, in qua publicanorum
 erat ararium & gazophylacium, mari mari-
 neret.

Hic igitur Redemptor hominem vidit se-
 dentem. O beata ac fortunata visio! omne
 namque peccatoris bonum in eo situm est,
 quod à Deo conspiciatur. Oculi etenim Dei
 mira præstant, & semper misericordiam secu-
 trahunt. Sic re ipsa hoc expertus testatur Da-
 uid dicens: *Vidit Dominus & misericors est mei,*
 & alio loco sic deprecatur: *Aspice in me & mi-
 serere mei*, quasi diceret, Scio, clementissime
 Domine, iucundos, dulces, placidos, beni-
 gnos ac misericordes tibi esse oculos, ac
 nunquam in peccatorem te aliquem eos-
 dem conuicere, quin simul misericordiam ei
 præstes: hinc summa animi contentione ac
 demissione obsecro, ne rutilantissimos illos
 soles ac faces à me vnquam auertas, miseræ-
 que meæ commiseratione ac compassione
 tangaris.

Horum oculorum virtutem perspectam
 etiam habebat Job, cum Deum alloquens
Job. 10.
ait: Numquid oculi carni tibi sunt, aut sicut
videt homo & tu videbis? quasi diceret, Quid, inter ocu-
 los diuinos
 cludere? mene à te in firmario iacentem & vi-
 cerosum; & plagis ac sanie coopertum vi-
 deri, & nulla te mei ratione miserescere?
 anne oculi tibi sanguinolenti, & ad om-
 nem feritatem eruditi, vt oculi sunt homi-
 num? Dicere vult, mea quidem sententia,
 Oculi, tui, Domine, longe alij sunt, & ni-
 mium quantum discrepantes ab oculis

Cccc 2 homi-

Telonium
quid sit.

Omnino
strum bonum
à Dei visu
dependet.

Dei oculi
nunquam
sine miseri-
cordia sūt.
Psal. 29.
Psal. 24.

hominum, semper namque misericordiam redolent, & spirant clementiam!

Rex ille sanctissimus iuxta ac maximus à Deo se suo separatam, & in scelorum abyssum delapsam videns ad ipsum inclamans aiebat: *Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum.* omne meum bonum à tuo dependet aspectu, & calamitas mea omnis & ruina à tuorum oculorum amissione.

Gen. 49. Magnus ille Patriarcha Jacob morti iam proximus, de diuinis illis oculis, deque Messia venturo vaticinans, & qualis futurus esset aperiens, cum ad oculos eiusdem describendos venisset, sic loquitur: *Pulchriora sunt oculi eius vino.* Noua & inaudita habitus oculorum cum vino comparatio,

non tamen extra propositum: per eam namque vir sanctus denotare voluit, quod quemadmodum vinum inebriat, & diuitiosos producit effectus homines modo exhilarando, & recreando, modo contristando & melancholicos reddendo: ita & Messia oculos aliquibus delectationi & solatio fore, benigno illos intuitu respiciendo, ac misericordiam exhibendo, aliis vero tristitia atque horrore, iratum iis vultum exhibendo, inque eorum delicta animaduertendo.

Singularis cuiusdam oculorum Dominicorum effectus argumentum Matthaeus noster dabit, cum in telonio sedens ab iisdem ihsus, omnia deseruit, negotiis valedixit, affectum ab iisdem auocauit, Dei se obsequio dedicauit, & è pecunioso publicano zelosus factus est Apostolus & magnus Euangelista. Hoc ex Euangelio colligere est dicente: *Vidit Iesus hominem.* In hoc vero factum est, quod in alio quopiam factum refert Sapiens: *Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius & exaltauit caput eius; & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum.* An non omnia hæc in Matthæo contigerunt? an non pauper erat at iniquitatibus diues & à virtutibus inops, dum vectigalium receptioni est intentus? veram mox vt Domini Iesu illum

est oculus intuitus, exaltauit caput eius, ad Apostolorum eum subiecit, vnde plurimi in admirationem rapti sunt, Deoque honorem & mille præconia decantauerunt.

Et vere res est summa admiratione dignissima, Dei Filium inter tot hominum millia, in publicanum quendam oculos coniecisse, hominis tam vilis & sordido negotio infamis opera vt voluisse, eumque tam sublimem extulisse, vnum vt è principibus vniuersi constituerit, de quibus dicitur: *Constituit eos principes super omnem terram.* Obstupescimus iudem, hominem hunc vocatum cuncta mox reliquisse, eumque opibus circumfluentem, pauperi Christo tam libenter & vltro adhæsisse; tam sanctam vitam duxisse, tanta fide Euangelicam historiam conscripsisse, tanta animi constantia per orbem Euangelium annuntiasse; denique mortem pro Christi Domini gloria tam acerbam duramque pertulisse. Hæc non nisi vere cælestes sunt effectus, & summa summi Dei opera, qui magnitudinem suam testaturus è plebeis & gregariis militibus illustres creare Principes consuevit, & è rebus infimis ac humilissimis maxime admitanda elicere: secundum illa Psalms verba: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? suscitans à terra inopem & de stercore erigens pauperem.*

Atque hæc omnia ab oculis Dominicis ortum habuerunt. Oculi etenim Dei ante detegunt & discooperiunt, quæ potentia eiusdem manus deinde exequantur. Hicse porro oculis mira quædam vis inest; inueniendo quippe aliquem, eundem fascinant ad se trahunt, & inuitum quodammodo ad se diligendum impellunt. Aristoteles alique dœent, esse in rerum natura serpentium genus adeo noxium ac virulentum, vt vel solo intuitu oculisque quempiam enecent: at oculi Dei longe aliam in se virtutem includunt, viuificandi inquam vitæque hominibus conferendæ. Peccatores namque in sanctos, mortuos in viuos, impios in innocuos, Publicanos in Apostolos commutant.

Succino

Psal. 34.

Gen. 49.

Messie oculi vino colorati.

Mirabiles effectus oculorum Christi erga S. Matthæum.

Psalm. 113.

Mirabilia in S. Matthæo.

Psalm. 113.

Oculi Dei viuificant homines.

Succino ea natura vis indita, vt festucas ad se attrahat, magneti vero, vt ferrum ad se rapiat, & locum mutare cogat: quorum effectum proprias nunquam Philosophi dare causas poterunt. Ipse porro Redemptor Iesus persæpe in sacris litteris & petra dicitur, & petra comparatur: (*Petra autem erat Christus*) sed prodigiosa quædam reuera petra fuit, petra inquam videns & oculata: quidquid enim conspicabatur, ad se rapiebat; vti hodie Matthæum, *Vidit Iesus hominem*, cras alium; tandem & omnes, dum ait: *Ego si semel exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. Effectus autem tam admirabilis alia dari ratio non potest, quam pura eius bonitas & misericordia.

Hodie ergo conspicit Matthæum in telonio *sedentem*, haud procul à mari, apud quod commorabatur noctu & interdiu excubans, & diligentissime speculans, ne qua nauis non persequuto portorio aut vectigali elaberetur, sui que insciji vngues euaderet. Hæc mercatorum & opulentorum omnium vitæ ratio est: quam egregie & præclare admodum suis depinxit coloribus Psalmista dicens: *Quasi leo*, inquit, *in spelunca sua insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum astrabit eum*. quasi dicat Mercatores ahjque lucris & quaestui scribunde incubantes, suis in officinis latitantes, leonil-as suo in spelæo latentibus perfimiles sunt, ad incautos agricolas interceptiendos, ipsos ad se pellicientes, vt de suis mercibus quid coemant.

Ieremiæ 3. Vulgaræ editionis codices legunt: *Expectans eos quasi latro in solitudine*. sed alia versio pro *latro*, præfert mercator: Vt hinc euidenter as liquido appareat, latronem inter & mercatorem exiguum esse diferimen, cum vno eodemque verbo Hebraice exprimatur vterque. Quod vt alio argumento validius corroboretur, notandum, 3. Regum libro, quo loco Eliæ Prophætæ eorui quotidianam alimoniam detulisse dicuntur, alio in textu legi, mercatores missus huius quotidiani administratos & paratores fuisse. Verum dubium hoc egregie, vt omnia pro more soluit doctissimus Abulensis, dum veros coruos quotidie panem dimensum, quem à Regis Achabi mensæ clanculo tolle-

bant, atulisse vult, cumque hac occasione ceu latrones ac rapaces, vti & reuera natura sunt, ibi haberentur; mirum nemini videri debet, si mercatorum nomine exprimantur: multi namque horum veri latrones sunt, ac fures, ac sæpe etiam ijs deteriores, qui de infidijs viatores incautos adoriuntur, & crumenam expilant.

Vere itaque mercatorum vita adeo periculis exposita est, vt Psalmo 7. Psaltes dicat: *Psal. 70. Quia non cognoui litteraturam*, aut iuxta alios *Vita mercatorum*: significans, eos qui negotiationi periculis ac mercimonijs incumbunt, vix sibi aliterius vitæ spondere beatitudinem posse. Proximum enim decipere & circumuenire, bona aliena inuadere, milles interdiu decurrere ac peierare, iniqua mensura ac pondere sua diuendere, adulterinos coleres pro sinceris proponere, aliaque iniquitates ac fraudes in officinis committi solita, salutis acquirendæ & gloriæ æternæ ad cundæ ratio non sunt.

Zachariæ 14. quo loco cum vulgari legitur: *Non erit mercator ultra in domo Domini*, veteres legunt, *non erit fraudulentus*, eo quod mercaturam exercere, & decipere, ac mentiri idem prope sint, & mendacia, fraus, & circumuentio vt plurimum mercaturam sequantur. Et si vel tres tantum fraudes atque Fraus mercatorum in vrbe occurrant, illarum duarum in caturas officinis ac tabernis mercantium reperitur. Hæc in mercaturâ negotiatorumque vituperium, probum, sugillationemque dicta sint, eo quod Matthæus nos ter eidem etiam vacasse videatur, vt pote sedens in telonio, taberna, & officina, negotiationi intentus, & receptioni vectigalium onerumque Galilææ incumbens.

Sedentem in telonio, Sedisse scribitur, dum à Christo vocaretur, vt ita & miraculum & publice vocantis potentia declararetur. Creatus in tendendum namque, & Matthæum incredibili lenio sedens. auri cupiditate flagrasse; tali etenim publicano erat vita. Ab hoc ergo affluentia statu ad extremam quamdam pauperiem transire velle, qualis haud dubie Iesu Christi erat, qui locum non habuit, in quo, teste Euangelista, vel caput reclinaret; magnum quid

Luc. 9.
Matthæi
vocatio mi-
raculosa.

quid erat eximium, & mutatio sane singula-
ris, sed maiorem longe admirationem mere-
tur, quod ad mensam, telonium ac rationa-
rium abacum sedens, vocatus omnia in
momento reliquerit, & ab vno extremo ad
aliud transferit, & exemplo in alium homi-
nem commutatus sit. Ingens hoc miraculum
est, quodque non sine singulari ipsius vo-
cantis potentia fieri posse credendum
est.

Matth. vo-
catio ma-
gnæ clem-
tiæ actus.

Deinde hoc in statu eum vocare Redem-
ptor voluit, vt suam in peccatoribus vo-
candis clementiam & infinitam bonitatem
ostenderet: nam profecto insignis clemen-
tiæ opus fuit, vocare, & eligere ad Aposto-
licam dignitatem, qua inter spirituales nul-
la dignior aut eminentior hominem tam vi-
libus sordidis & mechanicis officijs dedi-
cum. Hominem inquam à rationibus sub-
ducendis, & vigilibus recipiendis auo-
care, vt eum de Ecclesiæ Principibus
constituat, misericordiæ actus est, & poten-
tiæ.

Auaritiæ
peccatum
periculo-
sum valde.

Terrio, sedens in telonio vocatus dicitur,
vt beneficii collati appareat magnitudo, ha-
bito respectu periculi, vnde eductus est.
Maximo quippe Matthæus discrimine ere-
ptus est & maxima è contra gratia donatus,
dum ab auri eum cupiditate asseruit. Inter
omnia namque peccata nullum est aut da-
mnosius, aut quod hominem magis irretiat,
aut arctius constringat, avaritia. Vt enim
cætera ad hanc veritatem adstruendam fa-
cientia prætermittam, satis mihi erit in me-
moriâ reduxisse illum bouem (quibus a-
uaritia repræsentatur) emptorem, cuius
Euangelium meminit, qui ad nuptias inui-
tatus ire noluit, dicens: *intra bouem emi quin-
que, & necesse habeo probare illa.* Vt vero scia-
tis, quam hoc sit peccatum noxium ac peri-
culosum, memineritis dumtaxat, ipsum a-
lias ab Apostolo idolorum seruitutem vo-
cari, alias eundem docere plurimos eiusdem
occasione à fide aberrasse, veritati renuntia-
se, & inimicos & Apostatas Euangelij fa-
ctos esse: *Quam multi seclantes errauerunt à
fide.*

Luc. 14.

1. Tim. 6.

Denique notat Euangelium, Matthæum

in telonio ab ipso Dei filio fuisse vocatum,
vt inter Apostolos connumeraretur: vt hoc
vivo exemplo, omnibus animis accrescat, ac
nemo de sua desperet salute, viso tot pecca-
tores peccatis grauissimis onustos & infames
offensarum veniam & indulgentiam esse
consecutos, Dauid adulter, Saulus persecutor.
Matthæus publicanus, Magdalena peccatrix
in ciuitate, alijque sexcenti, qui errorem
ac delicta agnoscentes, veniamque à
Deo deposcentes, omnes tandem in ipso
gratiam, indulgentiam & infinitam miseri-
cordiam obtinuerunt. Quod cum re ipsa Da-
uid esset expertus, omnes exhortatur, nun-
quam vt de Dei gratia obtinenda quis des-
peret, sed ab ipsa vitæ aurora vsque ad noctem
in illo speret. *Ac custodia matutina usque ad no-
ctem speret Israel,* id est, anima peccatrix, in
Domino, cuius mox rationem reddit; *Quia apud
Dominum misericordia, & copiosa apud eum
redemptio.*

Peccatori
Deo sem-
per confidat.

Psal. 129.

Sed reuoluenti mihi hæc Euangelij verba,
sedentem in telonio, longe alia occurrunt, mi-
hi que persuadeo, non frustra eadem à Spiri-
tu sancto prolata esse, sed vt nobis ipsidem
peccati magnitudo ex, timeretur: grauius
quippe est in peccato sedere, quam in co-
stare, ac peius in eo conuiescere ac stare, quam
tantum obiter ipsum attingere. Tres hosce Tres pec-
cati gradus aut situs notauit etiam Psal-
tes initio Psalmorum: *Beatus vir qui non abiit
in consilio impiorum, & in via peccatorum non
sedit, & in cathedra pestilentia non sedet.* Abire
in consilio impiorum, est peccato se addi-
cere, in via peccatorum stare, est in eo per-
seuerare, in via peccatorum stare, est in
eo perseuerare, in cathedra vero virulentia
sedere, est vitio ipso delectari & recreari. Mi-
serum est in peccato agere, miserius in co-
nauitate affi-
dem stare, at longe miserimū d-
& voluptate animi in eodem se-
ere: beatus
autem ille ac ter & amplius beatus, qui ho-
rum graduum nullum attingit. Sanctus Mat-
thæus vero in telonio suo & auri cupiditati
affixus sedebat, cum videns illum Seruator
ait: *Sequere me;* id est, hanc mensam relinque,
& Ecclesiæ tibi meæ curam concedam; pu-
blicani munus desere, & Apostolum te con-
stituant;

Titum; pecuniam ac vectigalium tractationem abijce, & animarum tibi rationem commendabo; mundo vale dic, & regni cœlestis hæreditatem adibis.

Sequere me: quasi diceret: Sequere me in vita, in morte, & post mortem. In vita quidem à rerum temporalium quæritu ad lucrum spiritualium ac perpetuo duraturarum, à mundana prosperitate ad tribulationem & aduersa, à fastu & arrogantia honorum & vanitatum ad humilitatis statum; ab abundantia denique & superfluitate rerum secularium adimum paupertatis gradum.

Secundo, *Sequere me* in morte, id est, ad crucem, atque inde ad vitam æternam, ad coronam spicam, vt exinde gloriæ coronam adipiscaris. *Sequere me* ad regnum cœlestē: eo namque te precedam, vt iter te edoceam ac præmonstram, iuxta Prophetarum oracula, ac præsertim Michææ dicentis: *Ascendit paradens iter ante eos.* Ipse quoque postea dixit: *Vado parare vobis locum, ac regnum, vt vbi ego sum, illic & minister meus sit.*

Tertio, *Sequere me* post mortem, id est, in die iudicij. Tunc namque Iesus Christus in vallem Iosaphat, vt summus Præses mundum vniuersum dijudicaturus, descendet, & tunc Apostolos omnes aduocabit, sibi vt in magno illo iudicij sententiæ que ferendæ actu assistant, ceu assessores, vti Principes, & Sarrapæ regni alicuius Regi assident, & consulere simul solent, si quando magnum quid ac summi momenti negotium exequi deliberat. Prædixere hoc Propheta, atque Isaias nominatim; dicens: *Dominus ad iudicandum venit cum senibus populi sui, & principibus eius,* id est, Apostolis, qui idcirco Principes in Scriptura appellantur; vnde Psalmista: *Constituas eos Principes super omnem terrā.* nec vero Principes vnius prouinciæ solum, sed absolute, & omnibus terræ Principibus ac dominijs longe lateque imperitantes, quorum potestas atque auctoritas iisdem quibus Ecclesiæ Christiana limitibus continetur. Hi porro Principes cum Rege suo Christo in die postremo vniuersali iudicio intererunt; quod ijs olim

à Redemptore apud Matthæum promissum: *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israhel,* cum scilicet mundi suprema fuerit dies. Huc ergo respiciens Redemptor, Matthæo ait: *Sequere me,* in hoc iudicio scilicet honore.

Non autem Christus solum hæc vsurpat verba, iisque peccatores ad se sequendum inuitat & adhortatur, sunt enim & alii, qui eisdem vtuntur, peccatoresque iis vocant, vt se sequantur. Mundus, inquam, caro, diabolus eadem postulata proponunt, eodem modo instant & vsurgunt modo, eandem paranesim monent, peccata adhibent. Mundum quippe suo clienti occurrentes & oggerere, *Sequere me,* res est longe vocant.

certissima; sed nunquam non decipit eos, qui illi auscultant, & sequuntur. Hac super re loquentem audite Augustinum: *O mundus proditor, cuncta bona promittis, sed cuncta mala profers. promittis vitam, sed donas mortem; promittis gaudium, sed largis mororem; promittis quietem, sed ecce turbatio; promittis florem, sed cito euanescit; promittis stare, sed cito recedis; non ergo es diligendus, nec imitandus, quoniam cito transis & concupiscentia sua volut fumus euanescit &c.*

Eodem item modo vnicuique oclamat caro: *Sequere me.* Sed & hæc fallax est & deceptrix. Idem ipse Pater Augustinus eisdem Fratres in eremo, ab eadem sibi vt diligentissime caueant, consulto seduloque monet, dicens: *Caro cum satiatur affluentissimis cibis & potibus hortatur omnia mala facere: ipsa enim prouocat homicidia, perpetrat adulteria, committit rixas, inserit ebrietatem, potat omnem faculi concupiscentiam, &c.*

Nec minus etiam diabolus nocte dieque peccatorum acribus occinit: *Sequere me,* sed semper iis imponit & fallit; ea tamen seculorum peruersitas, ac malignitas, vt omnes passim eum quam vocantem Deum sequantur libentius.

Calamitatem hanc & cecitatem hominum, quam dolentissime deplorat sacra Scriptura dicens: *Dimiserunt Dominum Deum Patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti, & secuti sunt Deos alienos, &c.* Mundus, caro, diabolus, dii sunt alieni, ii vero Deum relinquunt, vt illos sequantur, qui reiecta humi-

Matt. 19.

Serm. 31 ad frat. in eremo. Mundus decipit eos quos ad se vocat.

Ser. 49.

Caro adit rixas, inserit ebrietatem, potat omnem faculi omne malum incitatur.

Iudic. 2.

Mat. 2.

Mat. 2.

Apostoli Christo assident in die iudicij.

Mat. 24.

Apostoli principes super omnem terram.

humilitate superbiam, relicta paupertate diuitias, relicto contemptu ambitionem, relicta vitæ austeritate delicias, relicta pœnitentia voluptates, cœlo denique relicto terram ambiunt, & sectantur terrena.

Jerem. 2. Dei de Sacerdotibus querela.

Eadem item apud Ieremiam est expostulatio, in Sacerdotes potissimum concepta: *Sacerdotes mei dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prauaricati sunt in me, & Propheta prophetauerunt in Baal, & idola fecerunt, &c.* Quam tua expostulatio, clementissime & optime Deus, etiam hoc sæculo repetenda, & sæpius iteranda! si quæ enim vnquam de Sacerdotibus tuis, Pastoribus, Religiosis alijsque Ecclesiasticis expostulandi ac querendi tibi fuit occasio, hoc certe tempore ea & maxima & vrgentissima fuit, nam & oculo lachrymabundo & ore gembundo fatear necesse est, eorum partem potissimam nescire ecquis sis, & vbinam sis. Docti in lege, & omni litterarum scientia exculi, te amplius non agnoscunt, toties in te preuaricando deliquerunt. Prophetæ quoque, id est, concionatores, concionati sunt, & quotidie etiam concionantur, in Baal, id est, propter mundum, ad famam, ad nominis gloriam, ad vanitatem captandam, studio emergendi, ad dignitates perueniendi, ad Episcopatum venandum; ad Principibus & Magnatibus placendum; eorumque auribus seruiendo. Omnes porro deos sequuntur alienos, mundi splendorem sectantur, carnalibus voluptatibus indulgēt, vitæ commoditatibus student, & sæculi huius prosperitates ambiunt.

Jerem. 35.

His exacerbat Deus, & hisce malis mædendi volens misericordiam iustitiæ præferendo, sic vnumquemque nostrum per Ieremiam ad meliorem frugem cohortatur: *Conuertimini, inquit, unusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra, & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos.* Illi deos alienos colunt, & adorant idola, qui verum Deum cœli relinquunt, quo mundi, carnis, diaboli castra ac partes sequantur eorumque cultui studeant. His vos o cosmophilii, Deus horratur verbis, hac vos oratione compellat: & illius monitioni ipse illam Eliæ ad Baal Prophetas olim habitam connectam, dicens:

Si Dominus est Deus, sequimini eum. Ad vos o mundi clientes, carnisque mancipia, id ipsum identidem in clamo: Si Dominum illum supremum, qui in cœlis regnat, qui elementa temperat, qui vniuersi machinam conseruat, & à cuius nutu arbitrioque dependent cuncta, verum esse creditis Deum, illius obsequio vos mancipate, ipsum adorate, ipsum agnoscite, non vero alium. Hinc hodierna die Matthæo nostro ait: *Sequere me.*

3. Reg. 18.

Quam vero hæc Matthæi vocatio officiosa, potens & efficax fuit! In Euangelio namque mox subditur, *Et secutus est eum.* Præuiderat hoc de Iesu Christo ipse Psalmista canens: *Dabit voci, sua vocem virtutis.* In eo vero virtus elucet, quod cum è loco, è quo non nisi quam ægerime homo exire solet, euocauerit, & ab officio munereque in quo sibi quisquam à delinquendo difficillime temperet, vti sunt res nummaria, telonia, subducendi computandique ratio, negotiatio & rerum mundanarum tractatio. Hic ergo vi ita ad Deum conuersus, & ab omni temporalis negotiationis inquietudine liber, dicere merito potuit, quod olim Iob ex pura libertate, & libera puritate à cura vitæ huius dixit: *Vestigia vius secutus est pes meus,* perinde ac si dixisset: *Mox vt me Deus meus euocauit, vocantem è vestigio sum secutus, pes meus illius vestigia semper calcauit, cor etiam meum à cultu obsequioque illi deferendo numquam alienam fuit.*

14. Matthæi vocatio vituosa ac potens fuit. Psal. 67.

Iob. 13.

Secundo in eo vocantis virtus eluxit, quod secutus inde effectus plane fuerit admirabilis; eo quod Matthæus, nullo signo aut miraculo vocantis conspecto, ipsum secutus confestim sit, ad vnicum eius verbum obediens: vt eius in laudem dicere merito Saluator mundi potuerit: *In auditu auris obediuit mihi, quasi diceret: Vix meam auribus vocem percepit, quin mihi obedire mihi que cultum deferre in animo constituerit.*

S. Matth. secutus est vocantem Dominum nullo viso miraculo. Psal. 17.

Tertio, sanctæ huius vocationis virtus & efficacia in eo patuit, quod, qui non minori sui difficultate quam mundi admiratio, & vocatus erat, eum vocantem iam secutus

S. Matth. in vocatione persequuta. uit.

tus esset , & Publicani muneri valedixisset magna animi constantia in sancto hoc gen- roloque proposito permanferit: post enim ad kienlam & telonium publicanorum redijffe non legitur , quemadmodum Petrum ad pi- scatum & cymbam , quam jam deseruerat , re- uertisse Euangelista scribunt . Perfekte ergo fideliterque verba hæc *Sequere me* , comple- uit .

Ambr. li. de Inter veterum Sophorum gnomas , senten- *thralum.* tias aut prouerbia , vt testatur S. Ambrosius , hæc non postremo erat loco : *Sequere D. um.* vtpote inter omnes & præstantissima & cele- berissima . Quod veteres illi Philosophi sui tē- poris hominibus inculpere saragebant , hoc ipse Dei filius , ipsa Dei sapientia , in mundum venit inducere , & hodie publicano ait : *Seque- re me.*

S. Mattheus Et sane magna eum est promptitudine se- *Dominum* cutus , & omni , qua conuersus aliquis , & ad *secutus in* perfectionem aspirans , ratione Deum in hac *paupertate.* vita mortali sequi potest . Primo namq; secu- tus est eum in summa paupertate , nam de Re- demptoris paupertate sic apud eundem Mat- thæum legere est : *Vulpes terra foueas hab. nt. & volucres caelinos , filius aut in hominis nō habet vbi caput suum reclinet .* Magnæ sane hoc pau- pertatis argumentū : Mattheum vero D. Lu- cas scribit , relictis omnibus , surgentem , Do- minum esse secutum . In quæ verba è Ven. Be- da hoc Glossa notat : *Mattheus re. iquit propria , qui rapere solebat aliena .*

S. Mattheus Secundo , *secutus est eum* in humilitate : de *in humilita* Christi enim humilitate apud Mattheum le- *in Christi* gitur : *Discite à me , quia mitis sum & humilis corde .* Capite vero Euangelij sui nono Mat- *est secutus.* thæus ipse , in magne humilitatis argumentū , se vt peccatorem describit , & publicanū no- minat , quiq; in telonio vestigalibus colligē- *Matth. 11.* dis incumbere . quin & eodem in Euangelio turpe & probrosum non ducit , Phariseorum scandalum & obloquia sui causa orta referre , dum eius in aedibus Redemptor veleretur , *Matth. 9.* murmurantium , & discipulis oggerentium : *Quare cum publicanis & peccatoribus manduca- magister vester ?* Quib. è verbis colligere licet , publicanos apud Iudæos male audisse , illorū vitæ rationem infamem fuisse & passim suspe- *liid.* *Bessai tom 3. de Sanctis .*

ctam , cum Pharisæi scandalizentur , Redem- ptoriq; vitio & probro verrat , quod illorū esset in contubernio frequens . S. Mattheus tamen , è singulari animi demissione , hoc se nomine indigetare , ac se publicanum dicere , minime vereatur , & suum ingenue peccatum confiterur : eum tamen D. Lucas , illius hono- ri nominique volens consulere , è reueren- tia & respectu , nomen ipsius honesto silen- tio inuoluat , & pro Mattheo Leui nomina- re sufficere existimet , ne forte illius in dicato nomine præterita vitæ infamiam simul pro- dat .

Tertio , *secutus est eum* prompta quadam S. Mattheus obedientia . Suam Redemptor prodidit obe- in obedi- dientiam ad mortem vsq; , vt de eo scribit A- tia est Chri- ristostolus , obediendo *factus est ob. diens vsq; ad stū* secutus . *mortem* Eandem potro virtutem Mattheus *Phil. 2.* patefacit , omnibus suis rebus statim valedi- cendo , & quam celerrime se ijs abdicando : de illo quippe scribitur : *Relictis omnib; secutus est eum* In quæ verba Ven. Beda sic commenta- *In homil.* tur : *Mattheus merito ob. edientie dii humana con- huius diei .* *re. mneus negotia deserit , Dominicorum fidelis di- sponsator factus est valentorum* Euthymius hæc *Euthym. in* etiam exaggerat , & ait : *Admirare perfectam e- Luc. 9.* *ius , qui vocatus est obedientiam , quomodo neque consultauit apud se , quomodo nullum super ea re consuluit amicum , sed confectum surgens secutus est eum , relicto vniuerso mundo .* Hæc scilicet di- uinorum horum verborum , *Sequere me , vis* , esse eius & potentia admirabilis .

Simplices & indocti auditores , vestra bo- na cum venia , in materiæ huius arcana pro- fundius descendam , & conceptus meos pau- lo eueham sublimius , quo quib. & mens ad mysteria penetranda accuratiusq; percipien- da illuminator , & doctrina maior , etiam ali- quatenus satisfaciam . Vobis ergo , Theologi , dictum esto , dupliciter Deum ad se animas *Duplex* attrahere & vocare , vna vocandiratio com- *Deo vocā-* munitis illi & solita est , alia singularis & extra *dranimas* ordinem . Scholastici alia vtriq; dant nomi- *ratio.* na , & primam sufficientem , alteram efficacē vocitant : qui vero vtriusq; naturam & essen- tiam notant , aiunt in prima voluntatem & consensum vocati , in altera vocantis conside- randam potentiam . In prima omnia modeste leniterq; fiunt , sine vlla violentia , in secunda

è contra imperiose, ac velut coacte & violentè omnia peraguntur.

Rem clarius expono, & duos hosce appellandi modos testimonij è sacra Scriptura petitis comprobo. Quod ad primam, recordemini illius, quod in Euangelio legitur: *Si quis vult venire post me, abn. get semetip. um* Evocatio, sed placida, & plena dulcedinis, sed in quam voluntas concurret, sed in quam vocati requiritur consensus. Est hæc vocatio libera & voluntaria. Quod ad secundam Matthei 4. c. piscatoribus, exinde Apostolis factis ait: *Venite post me. & faciam vos fieri piscatores hominum.* Ecce vocationem absolutam, & imperium includentem, in qua sola vocantis auctoritas & voluntas locum habet. Vt vero videatis, apparere hic aliquid veluti violentum adferam alia testimonia, & illum inprimis Jo. 6. locum: *Nemo venit ad me, nisi Pater meus tra. e. is eum.* trahere, attrahere, aut raptare, violentiam ac vim denotat, ac non nisi cum violentia potest intelligi. Eodem itidem sensu hoc adhibet Sponsa in Canticis dicens: *Traha n. e. post te, curremus in odorem Sangu. sorum tuorum.* Quin ipse Dei filius hunc metaphoricum loquendi modum adinuenit, modo per Prophetas dicens: *In sumi ille adam traham vos: modo ore suo in Euangelio: Ego si semel extraxeris fueris, omnia traham ad m. ipsum.* Quæ omnia vocationem denotant velut placide coactam, & intermixta dulcedine quodammodo violentam. Vt quid sentiam, facilius comprehendatis, duas adferam figuras egregie huc facientes.

Antequam ignis ille scelerum Sodomiorum ac Gomorrhæorum vindex infamem illam in Pentapolim descenderet, dicuntur Angeli per vrbes Sodomæ vicus obambulasse, & tandem Loti domum ingressos, duos eiusdè generos adhortari, vrbe vt se proriperent, imminens discrimen declinarent, de se in tuto collocando cogitarent. Illi auscultare nolentes, Angelos sibi erdebant imponere; hinc vna cum reliquis cælesti deflagravit incendio. Lotum vero manu eiusdem apprehensum, vrbe exire, periculo se eripere, & montes petere vicinos Angeli coegerunt. Hoc exemplo duplex nostra vocatio ad viuam repræ-

sentata: generi ab Angelis commoniti & incitati, vt sibi prospicerent, vocationem sufficientem, Lot vero compulsus & coactus vrbe egredi, efficacem denotat.

Figuram aliam suppeditat Euangelium. Gratia suffi Rex quidam celebres instituit nuptias filio suo, ciens & effi & plurimos ad easdem vocauit: qui cum in- cax figura dignos se reddidisset, iratus rex seruis edixit, expremitur. vt foras in vicus & capita viarum egressi obuios quosq; in quos incidere, ca cos, claudos, morbosos & paralyticos, aut alijs malis aut morbis implicitos, ad nuptias non inuitarent modo, sed etiam intrare compellerent. Priorum inuitatio vocatione hominū sufficientem; at posteriorum, quæ prædestinatorum est, & quæ violentè ac coacte fieri videtur, signat. Deus optimus maximus, magnus ille rex, in regio illo beatitudinis cælestis epulo splendidas parauit nuptias, ad quas cunctos inuitat, & eodem perueniendi sufficientia præstat medijs; electis vero ac prædestinatis tot tantisq; clargitur gratias, vt quasi compellat & cogat eodem intrare; atque hoc est, quod sufficientem & efficacem dicere vocationem solemus. Huc delapsus sum occasio- ne verborum illorum Christi: *Sequere me.*

Horum rursus occasione notandum hic Christus in venit (ò docti) ex imperio hoc Domini m. omnia po- dato liquido patefcere, illum absolutum ac testatem supremum totius vniuersi dominum esse, & habet. plenam in omnia, in facultates inquam, vitam, corpora simul & animas, quin etiam voluntates ipsas, potestatem atque auctoritatem habuisse. Præclara & manifesta exempla testimoniaq; sacra Littera suggerunt. In facultates quidem, dum nimirum Apostolis imperat, vt asinam ac pullum eius adducerent, quibus Hierosolymam ingressurus insisteret; in vitam, quando tot mortuos ad vitam resuscitauit; in corpora, dum tot morbosorum genera sanitati restituit, surdis auditum, mutis loquelam, ca cis visum, claudis pedum visum, & paralyticos membrorum integritatem reddendo; deniq; in animas & voluntates, dū peccatores conuertit, mentes eorum & animos mouendo, & in interiora illorum, ad profundissimas vsq; cogitationes, penetrando: vt in Euangelio dicitur, *Videns Iesus cogi. Matih. 9. ratio.*

Matth. 6.
Luc 9.

Matth. 4.

Jo. 6.

Cant. 1.

Isa. 41.

Matth. 11.

Gen. 19.

Duarum
vocationū
imago.

sententias eorum. Plura hac de re non loquar; tēpus enim & hora jam postulat, de S. Matthæo, eiusq; admirabili conuersione vt agamus, quam in secundam concionis partem referuaueramus.

Hodie ergo, Christiani Auditores, Ecclesia nobis S. Matthæi conuersionem proponit quem à mensa, telonio, & Cæsareorum vcdigalium redemptione Redemptor vocauit, suus vt Apostolus foret & Euangelista, & à vilissima hominum conditione ad summam Ecclesiæ dignitatem, qualis est Apostolica, idq; testimonio & iudicio Pauli Apostoli, qui Ecclesiasticarum dignitatum gradus recensens; Apostolatium primo collocat loco dicens: *Posuit in Ecclesia Deus primum Apostolus,* euehit.

Ad eo vt Matthæus è lapidib. illis ingentibus fuerit, quos Iosue Jordanis alueo eduxit, vtreq; cum Psalmographo dicere queat: *Eduxit me d: lacu miseria, & deluto facis, & stetit supra pet ampedas meos.* Vt non sine ratione ac fundamēto mihi factum esse persuadeā vt inter reliquos Apostolos septimus enumeretur, & pro septimo caelestis Hierosolymæ fundamentum, quod ex sancti Ioannis in Apocalypsi sua iudicio, Chrysolitus est, habeatur: Merito ergo gemma hæc Matthæo attribuitur; nam, vt Plinius auctor est, ipsa aurei est coloris, quin & scintillis ardentibus rutilat: addit Isidorus, interdum ipsam marinum colorem præferre. Eleganter porro & nativæ Matthæi nostri figura est, qui olim quidem maris, id est, mundi colorem retulit; cum scilicet publicanū ageret, & haud procul à mari ad recipienda portoria in telonio sederet. Deinde vero ardenti erga Deum & proximum charitate instar auri effulsit, & ardentis flammæ telq; ejaculatus est scintillas, tum ore Euangeliū annuntiando, tum manu conscribendo, tum etiam miraculis coruscando & fulgendo.

Cæterum Matthæi nostri conuersio nescio quid maius & excellentius aliorum Apostolorum conuersione includere videtur; eo quod reliqui Apostolorum mundi relinquendi, & Christi sequendi concepto proposito, aliud præter retia, cymbas, nauigiola, aliasq; momenti nullius reculas non relique-

rint; ipse vero pecuniā, opes honores, dignitatem, munia, & quidquid hominem in hoc mundo reddere magnum potest deseruit & dimisit: in quo maiorem erga Deum amorē, maiorem mundi contemptū, ac proinde maiorem & eminentiorem alijs virtutem constantiamq; patefecit.

Quod ad concionandi ipsius munus, & orbis portionem, quæ illi in totius vniuersi inter Apostolos dispartitione post Spiritus Sancti missionem obrigit, spectat; docet Origenes in Genesin, . Eusebius in historia, . *So. Lib. 3.* crates, . Dorotheus, & alij nonnulli: *Ethio. Lib. 1. ca 15* piam illi sortitione facta obrigit. Auctor *ve. In Synopsi.* ro, qui Isidori est nomine vulgatus, ac Beda * *lib. de vita & obitu Sanctorum, Macedonia Cap. 78.* illi & Iudæam assignant: at Metaphrastes Syriam Superiorem, haud procul à magno fluuio Euphrate, attribuit. Equidem prioribus assentiendo, multo esse credo probabilius, *Ethiopiae* illum Apostolum fuisse, ibidemq; Euangelium promulgasse.

Ipse vero Redemptor Iesus tanti eum Redemcit, eius vt domum subierit ipsum visitaturus, ptor Mat- & illius esse conuiuia apud reliquos publicat- thæi ædes nos voluerit. Scriptum est enim: *Et factum est adijt. discumbente eo in domo. ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius.* Ex Euangelio patet, duorum ex Apostolis suis illum ædes adijisse, & in vtraq; insignia patrasse miracula. Petri domum ingressus, focrum eius febrientem sanitati pristinae reddidit: deinde Matthæi ædes intrans, publicanos & peccatores ad frugem meliorem reduxit; quod miraculorum omnium est mirabilissimum. Aliorum Apostolorum tecta cum nō legatur ingressus, insignis dubio procul prærogatiua fuit Matthæum domi suæ visitasse.

Apostolus hic binomius fuit; vocatus nāq; V. Matthæus est, & simul Leui. Se ipse Matthæū nominat, Leui Marcus & Lucas: addit Marc^o Alpheni eum fuisse Filium. Verum doctissimus Abulensis, qui maximarum semper difficultatum nodos dissoluit, veritatemque in omnibus indagat, non nisi vnico eum Leui nomine, antequam a Christo vocaretur, & publicani dum munus ageret,

Metaphra-
in vita Mat-
thae & lan-
sen in Co-
cordia tuentur opinionem. Solum Hierony-
mum in alia concedit, docetq; Matthaei pro-
log comment-
in Math. 9.
bulens ibid.
Dorotheus.

Publicano-
rum officiu
sine pecca-
to exerceri
potest.

Docent Pa-
tres S. Mat-
thaeum suo
in munere
deliquisse.
Hom. 31. in
Matt.

Serm. 18.
Ambr. in
Luc.

Publicano-
rum officiu
tem publicanum fuisse constat. Dubitatur ve-
ro, num hoc muneris exercendo, Deum of-
fenderit & peccarit. Munus quippe vectigali-
a exigendi, & portoria, licitum est, & sine
peccato exerceri potest. Hinc thesaurarii, nu-
mularij, receptores, quaestores, exactores, alijq;
Principum & Regum ministri, qui Re-
gio aratio & vectigalibus recipiendis prae-
fati sunt (quod diuini juris esse censemus, nisi
verbis illis: *Reddite quae sunt Caesari, & Caesari*)
tam facile salutem suam operari hoc in offi-
cio queunt, quam alij alijs rebus & munijs
praepositi.

Ceterum ob nescio quas causas, & ratio-
nes, mihi ignotas potissimum veterum Patrum
& Doctorum modernorum pars scribendo
docent, suo Matthaeum in officio deliquisse.
S. Chrysostomus in primis, eius vitam & mu-
nus fugillans, missus, cibos, fercula, quin imo
lances & catinos, quos conuiuio, quo Redem-
ptorem accepit apponi iussit, e bonis inique
& per rapinam patris confecta ait.
S. Chrysologus cum vt infamem & omni
honore carentem traducit, dicens: *Matthaeum
diuit a fornace auaritia sic coquebant, sic alliga-
bant vinculis conuisionum, saeculorum ponderibus
sic premebant, ut ad innocentiam leuari non vale-
ret.* Eodem idem auctor loco, Doctorem for-
noris & vitia nuncupat: quod sane nomen
peccatorem denotat, summamq; apud homi-
nes ignominiam ac probum dedecorofum
notat.

Vltorius prouectus Ambrosius, alienorum
raptorem bonorum nominat; sic enim Luc. 5.
scribit: *Propria reliquit bona, qui rapiebat aliena.*

dictum opinatur; sed post vocationem no-
uum Matthaei nomen assumpsisse; quam et-
iam Metaphraustes in vita & lanfenius in Co-
cordia tuentur opinionem. Solum Hierony-
mum in alia concedit, docetq; Matthaei pro-
log comment-
in Math. 9.
bulens ibid.
Dorotheus.

Hac quidem quoad nomen; officio au-
tem publicanum fuisse constat. Dubitatur ve-
ro, num hoc muneris exercendo, Deum of-
fenderit & peccarit. Munus quippe vectigali-
a exigendi, & portoria, licitum est, & sine
peccato exerceri potest. Hinc thesaurarii, nu-
mularij, receptores, quaestores, exactores, alijq;
Principum & Regum ministri, qui Re-
gio aratio & vectigalibus recipiendis prae-
fati sunt (quod diuini juris esse censemus, nisi
verbis illis: *Reddite quae sunt Caesari, & Caesari*)
tam facile salutem suam operari hoc in offi-
cio queunt, quam alij alijs rebus & munijs
praepositi.

Ceterum ob nescio quas causas, & ratio-
nes, mihi ignotas potissimum veterum Patrum
& Doctorum modernorum pars scribendo
docent, suo Matthaeum in officio deliquisse.
S. Chrysostomus in primis, eius vitam & mu-
nus fugillans, missus, cibos, fercula, quin imo
lances & catinos, quos conuiuio, quo Redem-
ptorem accepit apponi iussit, e bonis inique
& per rapinam patris confecta ait.
S. Chrysologus cum vt infamem & omni
honore carentem traducit, dicens: *Matthaeum
diuit a fornace auaritia sic coquebant, sic alliga-
bant vinculis conuisionum, saeculorum ponderibus
sic premebant, ut ad innocentiam leuari non vale-
ret.* Eodem idem auctor loco, Doctorem for-
noris & vitia nuncupat: quod sane nomen
peccatorem denotat, summamq; apud homi-
nes ignominiam ac probum dedecorofum
notat.

Vltorius prouectus Ambrosius, alienorum
raptorem bonorum nominat; sic enim Luc. 5.
scribit: *Propria reliquit bona, qui rapiebat aliena.*

dum nimirum se conueteret, vitamq; muta-
ret. S. Hieronymus publicum vt peccatorem
eum notat: *Videbatur inquit, publicanum, a pec-
catis ad meliora conuersum, locum muenisse peni-
tentiae.* Idem plane sentit Ven. Beda, Theophy-
lactus, & alij plurimi, quos breuitatis causa fi-
lento inuoluo.

Verum hac in re non multum est difficul-
tatis; verum longe maior est difficultas, scire
qualesnam essent publicani. Plurimi, ijq; do-
ctissimi, in horum descriptione ac notatione,
grauiter hallucinati sunt. Tertullianus pri-
mus hac in re errauit, ceterosque in errorem
induxit, dum docuit, eos ethnicos fuisse &
paganos: sic enim scribit: *Si quis dubitat, ethni-
cos fuisse publicanos apud Iudaeos, legat Deutero-
nimum, in quo legit: Non e tu vestis, alendans ex
filijs Israel: ne tam e ecrabile esset nomen pub-
licanorum apud Dominum, nisi exiran, iun, ven-
denti in ipsius calceis, & iura maris transi-
tus.*

Huic contradicit Hieronymus, eiusque
opinionem iugulans docet Matthaeum cir-
cumcisiu fuisse & origine Iudaeum, vii & il-
le publicanus, qui Luca 10. tanta animi de-
missione in templo Deum precabatur, verus
Iraecha erat. Sententiam probat illo Luca
loco: *Omni populo audiens. Et publicanus stifi-
catorum: etiam, baptizatus: baptizatus vero. Si
ego baptizatus fuerint, ethnicos fuisse non fit
verisimile. Deinde credibile non fit, imo nec
venisimile, liberum Ethnico in templum Iu-
daicum aditum paruisse, imo vel Christum
cum Gentilibus & Ethnicis comedisse; quo
facto in legem peccasset, non vero adimple-
set: longe secus ac de seipso ait: *Non veni solu-
re legem, sed adimplere.* Nouae confirmationis
loco accedat, Matthaeum vere Iudaeum fuisse,
quod nullum alienigenam Ethnicum, vel
Gentilem Apostolos Redemptor assumpse-
rit, sed omnes e Galilaea oriundos; quod &
testimonio Scripturarum, & ipsorum conciu-
ium ac contribulium comprobari queat
dicentium: *Ecco omnes qui conuenerunt Galilaeae.**

Publicani ergo vt quidem Vlpianus Iurif. ff. l. 39. tit. 4.
cōsultus in Digestis docet, a publico sunt de-
nominati, idq; ob publica quae exercent mu-
nia, quos deinde tit. 4. de public. & vectig. l.
1. *Quan-*

In Math. 9.

Quales es-
sent publi-
ciani.

Lib. de pudic.
c. 9.

Epist. 116 ad
Damasum.
Luc. 10.

Luc. 7.

S. Mattheus
vereludens
erat.

Matth. 5.

Act. 5.

ff. l. 39. tit. 4.
de public. &
vectig. l. 1.

Quan-

Publicani *Quarta*, sic describit, *Publicani sunt, qui publica vestigalia habent conducta & libr. 50. tit. de verb. & rerum significat. l. 16. sic loquitur Caius, Eum, qui vestigal publici Romani conductum habet, publicanum appellamus. Ergo boni publici conductores ac Redemptores erant.*

Erant quidem hi vere honorabiles apud Romanos & magni nominis: vt colligere est e M. Tullio, oratione pro Plancio, in qua de publicanis quam honorificentissime loquitur, *Flo equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reipublicae, publicanorum ordo ne continentur.* Ceterum apud Iudaeos hoc hominum genus odiosum erat, pessimeque audiebant, habebanturque non vt flos; sed fax; non vt honor, sed infamia ac probum reipublicae: adeo vt omnes eos exosos haberent, illorumque fugerent consortia. Hinc Pharisaei scandalizati, viso Christo cum iisdem agere, hoc apud Apostolos expostularunt modo: *Quare cum publicanus & peccatoribus manucat magister vester, qui Dei esse dicitur filius & pro Messia passim habetur?*

Vt vero constet, ecquae odij huius fuerit causa & vnde ortum habuerit publica haec inimicitia, Abulensis aliquid tangit: *publicani, inquit, habebantur ab omnibus tanquam peccatores quia talia officia, vix sine peccati officio possunt.* Causam hanc approbat Iansenius, & aliam ipse allegat dicens, *Quoniam huiusmodi hominibus in roclui fuit, vt & rapina peccare, b id infame apud Iudaeos eorum nome fuit neque solum ob illorum & auaritiam & iniustam extortionem in ame erat, sed etiam quod cum Romanorum apud eos vestigalia exerent, tyrannidi inferrent, qua contra legem Dei se premi putabant.* Ratio haec non vsque adeo mala est.

Cardinalis Baronius eandem in Annalibus reddit rationem; item & Caietanus in Matthaeum scribens, *Publicani publicis vestigaliis seu in censibus Romanorum vocabantur: propterea infamis erant apud Iudaeos, tanquam ministri Consilium in damnum populi fidelis.* Atque hoc quaestioni illius Politicæ redemptori proposita fuit subiectum, *Licetne censum dae Casari? perinde ac si dicerent, Æ-*

quumne aut fas est, rationique consentaneum, populum fideliem, & in Deum verum credentem, qualis est Iudaicus, tributum, censum ac vestigalia Regi Ethnico & infideli, vt Casari Romano, persolvere: Adeo vt publicani, qui tyrannidis huius executores, & publicæ vexationis administri erant, idcirco omnibus ex osi essent & graues.

Præterquam vero quod publico omnes ipsos odio insectabantur, vita quoque illorum scelerata erat & abominabilis, & apud omnes infamis: habebantur enim peccatores maximi, & publice vt tales credebatur. Quod duobus Christi testimoniis comprobari queat: primo Matthæi 5. dicit, *Nonne & publicani hoc faciunt? id est, peccatores?* altero Matthæi 15. *quicumque Ecclesiam non audierit, eiusque prælati non obedierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus;* i. maximus peccator & sceleratissimus mortalium.

Hæc occasione Matthæi nostri publicani, de publicanis hæcenus dicta sunt; vtque, viso eum hodie conuersum, & a tam pravo consortio sequestratum, eius eo conuersionem magis obstupesceremus. Et est sane maxima admiratione dignum, publicum peccatorem mox in Apostolum Iesu Christi conuersi, virum pecunia luctu inhiantem, & in telonio sedentem: non nisi quaestui & vtilis studentem, omnibus valedicere & illustri quadam omnium abdicatione mundum dereliquere; videre publicanum infamem & Caesaris quaestorem, infidelem filii Dei famulum ac ministrum, magnum Ecclesiae eius Doctorem & Euangelistarum primum mutari. Hæc mira profecto sunt opera & inauditæ metamorphoses.

Est sane Matthæus quatuor Euangelistarum est princeps, notatiorum illorum diuinorum, & secretariorum religionis nostrae primus, interpretum sacrorum mysteriorum antesignanus. Verbo vt dicam, primus Euangelium conscripsit, & quidem Hebraice; quod præterquam quod vniuersa Ecclesia magno cum honore admittit, sancteque vtitur, S. Barnabas permagnum id ipsum etiam fecit & maxima est dum vixit veneratione prosecutus. In omnibus namque peregrinationibus suis semper id secum validum aduersus

Peccatores publici erant publicani.

Matth. 5. Matth. 15.

S. Matthæi conuersio admirabilis

S. Matthæi inter quatuor Euangelistas primus.

S. Barnabas
S. Matthæi
Euangeliū
secum in
tumulo po-
ni voluit.

diabolo monumentum gestavit, & ægris, ut sanitatem recuperarent, imposuit; denique ipsum simul suo inferri sepulchro voluit, ut scilicet securius mortem oppeteret. Verissimum hoc esse, fidem facient plerique, ijque grauissimi scriptores, qui simul vno omnes consensu tradunt, hoc ipsum vna cum S. Barnabæ corpore, sepulchro eius reuerato, repertum esse: ut Theodorus Lector lib. 1. Collector. Nicephorus lib. 16. historiarum, Alexander Monachus in vita S. Barnabæ, suo in Martyrologio Cardinalis Baronius, alijque permulti.

Symbolum
S. Matthæi
est homo.

Ceterum inter Euangelistas Matthæi imaginem præfert animal illud Ezechielis 1. & Apocalypscos 4. hominis figuram gerens, cuius rei hæc est ratio, quod in Christi humanitate describenda totus sit: initio namque Euangelij eius describit incarnationem, in medio eiusdem prædicationem, in fine denique passionem. Adeo ut Matthæi insigne sit homo, uti aquila Ioannis, Marci leo, Lucæ bos. Sed homo alatus, ut mirabilis fuisse vir Matthæus indicetur; qui à rebus omnibus terrenis animum alienans, & sublime euolans, cœlestia perierit. Quam vero hodie paucos tales reperite est! omnes quippe terræ affixi sunt, omnes sua respiciunt, pauci Dauidi persimiles sunt, qui tanto cum affectu ad cœlestia & terrenorum contemptu dicebat, mundi perçusus: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?*

Psalm 54.

Mutatio
admirabilis
ac noua.
Psalm 117.

Hæc est historia, vitæque conuersi huius peccatoris & publicani series, & magni huius Apostoli & Euangelistæ Matthæi: hæc conuersio eius plane admirabilis: hæc noua & inaudita mutatio, & quoddam extraordinarium magni illius opificis opus, *A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris* Leo in agnum, coruus in columbam, carbo in sidus, cloaca & sentina in aquam viuam, vsurarum magister in Euangelicum prædicatorem, & publicanus in Ecclesiæ Apostolum admirabili metamorphosi transijt.

Hic spem concipite, peccatores, numquam animum despondete, quibusquibus demum delictorum fascibus ac sarcinis gra-

uari estis; quorumcunque criminum rei constituiamini; numquam de diuina bonitate diffidite, semper oculos in altum tollite, ac spem vestram confirmate. Exemplo vobis sit Matthæus, vitam eius, mores, & vocationem perspicite, deinde conuersionis eiusdem bonum ob oculos ponite, & quæ in ipsum collata sit gratia. Peccatoribus numquam non cœlum patet eodem oculo conijcentibus: Deus semper est veniam, eandem petentibus dare paratissimus; numquam cuiquam negatur gratia, si quando debita ratione rogatur. Misericordiæ diuinæ immensitas & infinita magnitudo iniquitatum creaturæ magnitudinem infinitis partibus exsuperat. Dicite, peccatores penitentes, de venia obtinenda securi, quod olim Rex ille peccatis grauatus, eadem veniæ spe concepta; *in te Domine speraui, non confundar in æternum*, quod te spei meæ fundamentum ac fulcrum legerim.

Hæc scilicet, summe Deus, omnis nostra voluntas ac propositum est, semper in te sperare, & nunquam te vel ad momentum oculis excludere. Si afflictionum ac tribulationum procellis in vitæ huius oceano exagitemur ac iactemur, à te nostram liberationem sperabimus & securitatem, tuo nixi promisso dicentis: *Cum ipso sum in tribulatione, & eripiam eum, & glorificabo eum.* Si aduersitatis impetus, & acerba cuiusdam persecutionis imber in caput nostrum iugruat, omnem prosperitatis serenitatem, ver & malaciam quietis à te expectabimus; tu enim es, qui post tempestatem irrequillum facis. Si mortis in limine agimus, non propterea animum abijciemus, vitamque desperatam sperabimus, tu enim ad inferos deducis & reducis. Denique si in statu peccati agimus, cuiuscuius peccati, etiam grauissimi & enormissimi, semper in te sperabimus, & credemus te, quem admodum Matthæum benigne in gratiam admisti, eadem nostri misericordia misereturum: *Quia apud Deum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Nostri ergo miseratione tangere, clementissime Domine, delictis nostris ignosce: nam publicanis ipsis deteriores sumus, non nisi vitia & vsuras spiramus, & in

ia auaritiæ telonio affixi sedemus. Ex eo nos educas, quæsumus, vt Matthæum eduxisti, nos conuerte, ipsum vt conuertisti, quo vitæ ratione in melius commutata, & a peccatorum maculis emundari, regnum illud cœlestē omni bonorum affluentia redundans, tandem adire valeamus, cuius nos confortes SS. Trinitatis personæ, Pater, Filius, ac Spiritus sanctus efficiant. Amen.

IN FESTO S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Partitio.

1. De Angelorum no. custodia.
2. Quod angeli custodes hominum deuote sunt colenti.
3. De effectib. nonnullis custodia Angelorum.
4. De portis quatuor humanis per utroq. Angelus obsessi.
5. De S. Michaelis inter Angelos præminentia generatim.
6. In qua Hierarchia speciatim sit Principis in primano, an tertio ordine primo.

Archangele Michael constitui te Principem super omnes animas suscipiendas.

FIGURA.

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Senacherib Assyriorum Princeps cum Ierosolymitanam ciuitatem numerofo exercitu, cui parem Iudæa non viderat, cinxisset, & omnem se regionem ferro & igni vastaturum comminatus esset, nisi auxilium cœlestē affulisset, ecce vidit angelum cœlo descendere, qui velut cœlestium legionum præfectus, quadam nocte Barbarorum castra ingressus, vnico momento centum octoginta quinq. hominum millia vincte gladio interemit. Cum fortitudinem, animum & gesta angeli huius propius intrator, crediderim, nec etiam vane, vt pote sanctorum Ecclesiæ Patrum auctoritate nitens, sub illius imagine magnam illum an-

gelum, cuius hodie festum celebrat Ecclesia, Michaelē depingi, qui propterea caput ac ductor angelorum, spirituum cœlestium princeps, animarum coram Deo præsentator, turmarum angelicarum dux, & generalis diuini exercitus vicarius est appellatus. Vt vero vos de veris ac supremis gloriosi huius Archangeli effectis ac gestis dicentem audire, & ipse eadem proferre possim, S. sancti operæ & auxilium, solitis & consuetis gloriosæ Virginis, quæ vera angelorum Regina est, precibus & intercessionibus postulemus, atq; in hanc rem omnes eam angelicis verbis salutemus.

AUE MARIA.

Ea Theologorum ac Philosophorum omnium quoad vniuersi totius gubernationem directionemque fuit semper opinio, magnum illum DEVM maiestate terribilem, vnitatem adorabilem, & potentiam infinitam, inferiora & terrena non nisi per media regere ac gubernare. Carterum tria in hoc mundo loca sunt & videri queunt, tam conditione, quam situ & ordine meritum inter se discrepantia, supremus, in quo solus Deus, qui in altis habitat, & hu-
 milia respicit in cœlo & in terra: infimus, in quo tum homines & animalia, & tum omnia corpora inferiora in naturæ officina producta commorantur, & medius denique, qui tam corpora cœlestia quam angelos comprehendit.

I.
Tria loca in mundo.

Psalm. 112.

Adeo vt sapiens ille & omnipotens mundus gubernator, cuius nutu ac prouidentia omnia conseruantur, inferiora hæc superiora corporum influxu & adminiculo dirigit ac tueatur. Hinc enim pluuia & serenitates, nives, grando, ros matutinus, gelu, pruina noctis, ac diei vicissitudo, quatuor anni tempestatum varietas sapienter ad rerum omnium productionem generationemq; disposita & concinnata enascuntur. Homo porro cum essentia sua è duabus sit compositus partibus, corpore inquam, & anima, quod in statua illa Nabuchodonosoris caput aureum & pedes luteos habente, (hic

Dan. 2.

corpo-